UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXCVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

5 de uerb.obl.quia reſpõdetur, †hoc uerum eſſe,quan do redactum fuit in ſcriptis in inſtrumento publico facto,& ſcripto à peritis,ut à notario,ut eſt gl.in d.§.ſi ſcriptum.& de mente doct.in d.l.ſciendum.Et ita eſt de mente Cy.& Iaco. Butri. in l.1.C. de uſuris.ueluti refert ibi Bal.dicens doct.ita cõiter tenere,& quamuis Bar.in d.l.1.C.de uſuris.contrarium uelit,per l.1. cum gl.C.de contrah.& commit.ſtipul.tamen Bald. ibi cum priori opinione uidetur reſidere. Nec obſtat d.l.1.C.de contrahen.& committen. ſtipulatio. quia
6 †ibi in epiſtola aſſerebatur fuiſſe promiſſum à præſente prçſenti,quo in caſu præſumitur per ſtipulationẽ: nam licet per epiſtolam ſtipulatio contrahi nequeat, tamen per epiſtolam poteſt probari,illam fuiſſe contractam. Bar.in l.1.in prin.col.1.ff.de uerb.ob.ut qñ ĩ epiſtola dictum eſſet,ſtipulationem fuiſſe contractã, uel fuiſſe promiſſum à præſente præſenti,quoniã uerbum promitto,redactum in principali ſcriptura, per quam obligatio inducitur, ita demum ſtipulationẽ importat,ſi fuit à perito, ut à notario, in inſtrumẽto publico prolatum,ſecus ſi ab imperito:ergo in terminis noſtris delegatio facta dici non poteſt, ex quo nõ apparet promiſſionem fuiſſe per ſtipulationẽ factã: & hanc concluſionem,ꝙ in terminis noſtris non ſit facta delegatio,neque nouatio adeò,ꝙ Carolus debitor non ſit liberatus, ſed remaneat obligatus principaliter,& Antonius campſor dicatur promiſiſſe ut debitor acceſſorius,& ſic tãquam fideiuſſor, tenuit Iaſ. in d.l.ſingularia.in col.14.& 15.nu.36.37.& 38. ut ibi latius per eum,& facit id quod uoluit Ang. in l.ſciendum.in prin.ff.de ædil.edic.& Alex.in conſi.152.uiſis diſputationibus,alias eſt conſi.10.in 2.col.& Bald.in l.fruſtra.C.de nõ num. pecu. & melius pro deciſione faciunt no.per Pau.de Caſt.in l.qui uſumfructũ.ff.de uerb.obli.¶ Accedat ad hęc,ꝙ etiam in caſu,quo delegatio fuiſſet facta,† ſi debitor delegaſſet debitorem
7 ſuum,ſeu mercatorẽ,quam decocturum ſciebat, uel ſcire præſumebatur,tunc ipſe debitor,qui talem delegauit,tenetur,nec liberatur,uel,ſi fuit liberatus,tenetur ipſi creditori de dolo ad damnum,& intereſſe.l.ſi legatarius.ff. de dolo.Bal. Ang. Imo.& moder. in l.ſi cum dotẽ.§.ſi mulier.ff.ſol.mat. & Bal. in l.ſi pro de-
8 bitore. circa finẽ.C.de bonis aucto.iud.poſſid.& †debitor,qui delegauit,præſumitur ſciuiſſe mercatorem ſeu campſorem facile decocturum fuiſſe, & ſic in dolo fuiſſe, quando infra breue tempus aufugit, aut decoxit,ad tradita per Imol.in d.l. ſi cum dotẽ.§.ſi mulier.cum ſi.quæ ad propoſitum allegat Iaſ. ĩ d.l.ſingularia.col.16.nu.40. ſed Antonius campſor poſt dictã promiſſionem Paulo creditori factã infra breue tempus decoxit,ergo dicendum eſt omnino ipſum Carolum piſtorem teneri Paulo creditori ſaltem ad damnum,& intereſſe ipſius Pauli,uel melius ipſum Carolum in effectu non fuiſſe liberatũ, & maximè ex quo Antonius campſor non fuit debitor Caroli,nec pecunias illius,ſeu tantundem de pecuniis,uel aliis rebus ipſius Caroli penes ſe habuit, per ea, quæ concludit Iaſ.in d.l.ſingularia. col. 16.& ita iuris eſſe cenſeo. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Solutioni adiectus nullam habet actionem, nec obligationem ex promiſſione inter alios facta de illi ſoluendo.*
Et an hoc uerum ſit,nu.21.
2 *Promiſſio,ſeu mandatum de ſoluendo tertio ante ſolutionis tempus,& ante,quàm ſolutio fiat,poteſt reuocari.*
Et quando hoc procedat,& quando ſecus ſit;nu.7.& 8.cum pluribus ſequentibus.
3 *Partita libri referens ſe ad inſtrumentum in plus non obligat,quã faciat inſtrumentum.*
4 *Obligatio nulla ad ſui præiudicium ſine eius conſenſus cõtrahi põt.*
5 *Iuſsus ſoluere tertio non obligatur illi ex promiſſione per eum fa-cta de illi ſoluendo,niſi & promittere iuſſus fuerit,& nu. 1 … uſque ad nu.19.ubi hoc declaratur.*
6 *Pactum inter creditorem, & debitorem factum de ſoluendo ter-tio abſenti idem operatur,quod ſimplex pactum.*
7 *Et quando poſſit reuocari,& quando non.*
8 *Mãdatum factum debitori,ſeu campſori de ſoluendo creditori … do in prçiudicium creditoris non poſſit reuocari,& num. … 16.uſque ad num.19.*
9 *Verba præſentis temporis in contractibus denotant actum tempo-re ſcripturæ contractus celebratum.*
10 *Verbum promitto in ſcriptis redactum promiſſionem per ſtipula-tionem,& à præſente prçſenti factam fuiſſe impor…*
12 *Etiam in ſcriptura priuata,& inter mercatores.*
13 *Promiſſio,& conuentio ſimplex in foro mercatorum habet … pulationis adeò,quòd per eam nouatio fieri poſſet.*
14 *Debitor meus an,& quando à me liberetur,mercatore, ſeu cam-pſore mihi iuſsu debitoris mei ſoluere promittente.*
15 *Mandatum à te factum mercatori debitori tuo, ut mihi credi-tuo ſoluat,an per ſimplicem promiſſionem de ſoluẽdo … tur,ut reuocari nequeat,& obligationem tuam priorem … guat,& num.ſeq.*
16 *Et quando promiſſio de ſoluendo ſufficiat uſque ad nu.20.*
17 *Pau.de Caſt.ĩ l.delegare.ĩ uer.vnũ iñ ſcias.ff.de noua. declarat.*
Promiſſio de ſoluendo quando par ſit ſolutioni, & quando ſecus.
18 *Delegatio,& ſolutio quando à pari procedant.*
19 *L.ſi debitorem.ff.de noua.declaratur.*
20 *Promiſſio de ſoluendo in contractu,qui re contrahitur,nõ ſufficit.*
22 *Relatio nõ ad õia præcedẽtia, ſed ad illa tãtũ,ad quę fieri põt … fieri,quãdo referẽdo ad õia reſultaret abſurdũ,uel cõtrarietas.*
23 *Auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.limitatur.*
De relato aliter conſtare non eſt neceſſe, quando relatio eſt fa-cta per eum,qui per ſe, & ſua auctoritate principaliter poteſt de nouo diſponere.
24 *Scripturę habenti auctoritatẽ ſcribẽdi,& creandi debitores in du-bio eſt ſtandum,& pro ea præſumitur, niſi contrariũ probetur.*

EPITOME.

Promiſſio,ſeu pactum debitoris de ſoluendo tertio creditori ipſius creditoris ita ſolui mandãtis,ꝙ reuocari non potuerit, quando ille tertius creditor acceptauit, & in libris ſuis ſe à debitore ſuo pecuniam illam recepiſſe ſcripſit,& alium,qui ſoluere promiſit debitorem ſuum creauit,& debitorem ſoluendo primo creditori liberari,hic demonſtratur.

CASVS CONSILII.

CAROLVS *die quinta menſis Februarij anni 1533.nomine quorundam debitorum D. Bonapartis ꝓmiſit ſe principaliter obligã-do ipſi D. Bonaparti præſenti, & acceptãti ſoluere per totũ menſem Auguſti anni 1534.ſcutos … le,& ſucceſsiuè idem Carolus ilico de mandato dicti D. Bonapartis illi cum iuramento promiſit ſoluere ſcutos quingentos Gualengo tũc abſenti creditori in … ſius D.Bonapartis.Poſtea de eodẽ mẽſe Februarij … eiuſdem anni 1533.Gualengus ſuper libris ſuis more mercatorum regulatis,& quibus,ſicuti inſtrumẽtis pu-blicis, plena adhibetur fides, creauit dictum Carolum debitorem, &, ut præſumitur iuris præſumptione, præſentem, & uolentem in dicta ſumma ſcutorum quingentorum per hæc uerba uidelicet, Carolo &c. de dare adi 17. de Febraro ſcudi cinquecento d'oro … oro, quali ci promette di pagare per tutto mezzo Agoſto 1534. proſsimo ad inſtantia di M. Bonaparte, per conto di Bolognetto,come n'appare chartarogata, &c. à credito à detto Bolognetto, come à uſcita … Eadem die dictus Gualengus creauit ſe debitorem … cti Bolognetti in ſumma dictorum ſcutorum quingento-*

rum

Tamen per hæc uerba, da Bolognetto à di 17. di Febraro.
1533. ſcudi cinquecento d'oro in oro per tāti, che ci ha
aſſignato M. Bonaparte de Ghiſelieri per debitore Car-
lo &c. del che n'appare charta, &c. al detto Carlo à uſci
ta. Post aliquos menſes de dicto anno 1533. aſſeritur,
quòd dictus Carolus ſoluit præfato domino Bonaparti
creditori, ut ſupra, ſeu alteri eius nomine dictos ſcu-
tos quingentos, & de hac ſolutione dicitur conſtare ex
quodam ſcripto priuato ſcripto manu Caroli, & ſubſcri
ptione domini Bonapartis. Tandem elapſus fuit mē
ſis Auguſti anni 1534. quo tempore ſolutio fieri ipſi
Gualengo debebat de dictis ſcutis quingentis, & mor-
tuus fuit D. Bonapartes. Agunt itaque hæredes Gua-
lenghi contra ipſum Carolum ad ſummam prædictam
ſcutorum quingentorum coram iudice mercatorum, &
producunt libros Gualenghi, ac prædictum inſtrumen-
tum. Carolus uerò reus conuentus negat ſe teneri, exci-
piendo ſe ſoluiſſe domino Bonaparti dictos ſcutos quin-
gentos, & conſequenter dicit ſe abſolutum fore, quia ſo
lutione eius quod debetur, omnis obligatio tollitur, inſt.
quibus mod. toll. obliga. in prin. Quæritur ergo, quid
iuris.

CONSILIVM CXCVIII.

VIDERETVR ſuper dubio, quod ex prænarra-
to themate elicitur, ad fauorem Caroli cō
cludendum eſſe. Primo enim non obſtat
ei inſtrumentū promiſſionis factæ D. Bo-
naparti de ſoluendo ipſi Gualengo, quia † per Carolū
1 facta fuit promiſſio Bonaparti de ſoluendo Gualen-
go, & ideo nulla inter ipſum Carolum, & dictū Gua-
lengum contracta fuit obligatio, ſed Gualengus ſolū
fuit adiectus ſolutioni, non autem obligationi, & pro
pterea nulla actio prædictis hæredibus contra Caro-
lum competit, quia nullum negotium fuit inter Ca-
rolum, & Gualengum contractum, ut in l. ſtipulatio
iſta. §. ſi ſtipuler. cum gl. ff. de uerb. obl. & idcirco ſunt
hæredes à limine iudicii excludendi, quia nemo ſi
ne actione experitur, ut in l. ſi pupilli. §. uideamus. ff.
de neg. geſt. ¶ Secundo † ex quo dictus Gualengus ſo
lum fuit ſolutioni adiectus ex obligatione inter ipſū
Carolum, & D. Bonapartem contracta, ante ſolutio-
nis tempus, & ante, quàm per Carolum Gualengo ſo
lutio fieret, mandatum, ſeu commiſſio facta ipſi Ca-
rolo de ſoluendo Gualengo potuit per D. Bonapartē
reuocari, & ipſe Do. Bonapartes potuit dictos ſcutos
quingentos recipere, & Carolum abſoluere, ut eſt in
l. ſi cum Cornelius, & l. cum quis. §. ſi debitorē. ff. de
ſolu. ¶ Tertio non uidetur etiam obſtare Carolo par
tita poſita in libro Gualenghi, in qua fuit creatus de-
bitor, quia † illa partita non dicitur ſimpliciter facere
debitorem Carolum, ſed refert ſe ad promiſſionē in
dicto inſtrumento contentam, ergo dēt intelligi, ſe-
cundum quod in ipſo inſtrumento continetur, & con-
ſequenter non obligat Carolum in plus, quàm faciat
dictum inſtrumentum. argumento auth. ſi quis in ali
quo, ubi Bar. & ſcribē. C. de eden. ſed inſtrumentum
non obligat Carolum ipſi Gualengo, ergo nec dicta
partita, cuius pars eſt inſtrumētum. ¶ Quarto Caro-
lus negat ſe fuiſſe præſentē, quando Gualengus crea
uit illum debitorē, itē non commiſiſſe Gualengo, ꝙ
ipſum crearet debitorē, ergo Carolus ꝑ illam partitā
libri non pōt dici obligatus, cum ipſe ei ſcripturę nō
4 conſenſerit, & † ſine eius conſenſu obligatio nulla ad
ſui præiudiciū ꝯhi potuit. l. 1. ff. de pactis. l. ſtichū. §. na
turalis. ff. de ſol. & l. cū amplius. §. is natura. ff. de reg.
5 iuris. ¶ Vltimo † Carolus non potuit obligari ex pro-
miſſione facta Gualengo, de qua cōſtat in libris ſuis,
quia D. Bonapartes iuſſit Carolo, ꝙ ſolueret Gualen
go, non aūt ꝙ promitteret, per ea, quę uoluit Paul. de
Caſt. in d. l. delegare. ff. de nouatio. in l. ſi debitorē. ff.
eod. tit. in l. qui uſumfructum. ibiq; Alex. ff. de uerbo.
oblig. & Iaſ. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. per tex. in d. l. ſi
debitorem. ¶ Sed tamen his omnibus nō obſtātibus,
contrarium eſſe uerius cōcludo, ꝙ ſtantibus ꝑmiſſis
ex partita dicti libri iūcta cum iis, quæ in dicto inſtru
mento continentur, ius fuerit ipſi Gualengo acquiſi
tum, ex quo ipſe, uel hæredes ſui poſſunt ꝯ Carolum
agere, & obtinere: & præſuppono, ꝙ licet per inſtru-
mentum factum inter Carolum, & D. Bonapartē for
tè non poſſit dici obligatio ipſi Gualengo ꝯ Carolū
acquiſita, tamen per illud probatur cōmiſſio, ſeu mā-
datum factum Carolo de ſoluendo Gualengo, quia
6 † pactum factum inter creditorem, & debitorem de
ſoluendo tertio abſenti idem operatur, ꝙ ſimplex pa
ctum. d. l. ſi cum Cornelius. ibiq; Bar. & Pau. de Caſtr.
l. aliud. & l. uero procuratori. §. 1. cum ibi not. ff. de ſo
lu. l. Iulianus. §. 1. cum ibi nota. ff. de uerb. obliga. Hoc
7 ſtante, quamuis † quando huiuſmodi pactum factum
eſt ex interuallo inter creditorem, & debitorē de ſol-
uendo tertio poſſit re integra reuocari, & debitor ſol
uendo creditori liberetur, ut eſt tex. clarus in d. l. ſi cū
Cornelius. in d. l. aliud. uerſi. cui uerò. & l. cum quis. §.
ſi debitorē. ff. de ſolut. tamen quando tale pactum de
ſoluēdo tertio factum fuit, ilico, & eo tēpore, quo de
bitor ſe creditori obligauit, tunc pactum illud reuo-
cari non pōt, maximè quando uallatum eſſet ſtipula-
tione, ut eſt tex. clarus in d. l. aliud, in 1. reſpon. & uo-
lunt Bar. Pau. de Caſt. & alii in d. l. ſi cū Cornelius. ſol-
uendo contrarium factum de d. l. aliud. Sed in caſu,
de quo agitur, eo tempore, quo Carolus D. Bonapar-
ti promiſit, & ſe obligauit, promiſit ſoluere Gualen-
go ēt mediante ſtipulatione, ut in dicto inſtrumento
continetur, tum quia ibi hoc expreſsè dicitur, tū quia
uerbum promitto redactum in ſcriptis importat ſti-
pulationem. §. ſi ſcriptum. Inſt. de inutil. ſtipu. & l. ſciē
dum. ff. de uerb. oblig. cum ſim. ergo tale pactum, ſeu
mandatum non potuit reuocari, quin Gualengo ſol
ui debuerit. ¶ Secundo pro hęredibus Gualenghi fa-
cit id, quod not. uoluit Pau. de Caſt. in d. l. ſi cum Cor
8 nelius. dicens, † ꝙ ſi quis iuſſerit debitori, ut ſolueret
creditori ipſius iubentis, deinde iuſſus promiſerit cre
ditori ſoluere, mandatum amplius non poteſt reuo-
cari ad præiudiciū creditoris, qui acceptauit; & hoc ē
de mente Bar. & aliorum in l. ſingularia. ff. ſi certum
petatur. Sed poſtquam Do. Bonapartes mandauit Ca
rolo, ꝙ deberent Gualengo ſoluere, Gualengus ha-
buit notitiam de mandato iniuncto Carolo, & de il-
lius promiſſione D. Bonaparti facta, & acceptauit il-
lud mandatum, ſeu illam promiſſionem, ueluti ex li-
bris ipſius Gualēghi apparet, ergo huiuſmodi ſciētia
& acceptatio Gualenghi operata fuit, ꝙ D. Bonapar-
tes illud mādatum ad præiudicium Gualenghi reuo-
care non potuit, ut ibi per Pau. de Caſt. & optimè fa-
cit id, quod uoluit Ioan. And. in fortioribus terminis
in addit. ad Spec. in titu. de depoſi. circa finem. quem
refert, ac ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. ſi cū Cornelius.
& illam theoricam Ioan. And. multum commendat
Alexā. in l. qui uſumfructum. in finalibus uerbis. ff. de
uerb. obl. ibiq; dn̄s meus Soz. in ultimis uerbis dicēs,
ꝙ ſi mandaſti cāpſori, ſeu mercatori debitori tuo, ꝙ
mihi ſolueret, & ego tale mandatum acceptaui, uel
mercator, & campſor poſtea promiſit mihi ſoluere,
prout ſibi à creditore ſuo mandatum fuerat, tale mā-
datum nullo modo pōt ad mei pręiudicium reuoca-
ri, quāuis ante acceptationē, uel promiſſionē factam
reuocari potuiſſet, ut dr̄ in d. l. ſi cū Cornelius. At poſt

quam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam D.Bonapartes iniũxit Carolo debitori, ꝙ Gua
lengo ſolueret, ipſe Gualengus acceptauit dictũ man
datum, & promiſſionem inter D.Bonapartem, & Ca
rolum factam, ergo &c.Immò poſt mãdatum ſibi fa
ctum Carolus promiſit ipſi Gualengo ſoluere, ergo
ſumus in caſu, in quo mandatum de ſoluendo ampli
us reuocari non potuit. Quòd aũt Carolus ex poſtfa-
cto promiſerit Gualengo, conſtat apertè ex uerbis, &
ſcriptura libri Gualenghi, in qua dicitur, *Carlo de da-
re ſcudi cinquecento, quali ci promette, &c.* quę uerba *ci pro-
mette* important, hoc eſt nobis promittit, & ſunt uer
9 ba præſentis temporis, † quæ in contractibus deno
tant actum, ſeu negotium tempore ſcripturæ cele-
bratum.l.ſi ſtipulatus.§. cum ſtipulamur. & l. ſi à co-
lono.ff.de uerb.obli.& conſequenter promiſſionem
fuiſſe à Carolo ipſi Gualengo præſenti factam, quod
10 ſuadetur, quia † hęc uerba *ci promette* in ſcriptis reda-
cta important promiſſionem fuiſſe factam per ſtipu-
lationem.§.ſi ſcriptum Inſt.de inutil.ſtipul.& l.ſcien-
dum.ff.de uerb.obli.ergo à præſente præſenti, arg.l.1.
§.1.cum ſi.ff.de uerb.obl.quo fit, ut Carolus nequeat
opponere, ſe tunc non fuiſſe præſentem, ſed abſentẽ,
niſi hanc negatiuam loco, & tempore coarctatã pro-
baret, quoniam præſumptio eſt pro Gualengo ſcribẽ
te, ꝙ Carolus tunc fuerit pręſens, ut eſt text. in l. opti-
mam.& ibi Doctores de contrahen.& committen.ſti
pul.& §.item uerborũ obligatio.Inſtit.de inutil.ſtipu
la.& de promiſſione ſibi facta credendum eſt ſcriptu
ræ ipſius Gualẽghi, cuius libris ex forma ſtatutorum
plena adhibetur fides: Cum ergo conſtet de promiſ-
ſione Caroli facta Gualengo, ſequitur, ꝙ mandatum
factum à Do. Bonaparte non potuit ad pręiudicium
Gualenghi reuocari: Præiudiciũ aũt eſſet ipſius Gua-
lenghi, ſi actio ſibi contra Carolum acquiſita per re-
uocationem mandati fuiſſet ſublata, ut infra, item in
caſu occurrenti graue illi præiudicium foret, quia il-
la die qua Gualengus creauit Carolum debitorem, il
lam eandemmet quantitatem ſoluit Bolognetto, cui
non tenebatur ſoluere, niſi propter promiſſionem à
Carolo ipſi Gualẽgo factam. Quare ſi Gualẽgus crea
uit debitorem Bolognettum, immò ei ſoluit dictos
ſcutos quingentos, mandatum factum Carolo nõ po
tuit reuocari, quia Gualengus ex hoc enormiter dã-
11 nificatus remaneret, & † ubi ſequi poſſe damnum il-
lius, qui ſolutioni fuit adiectus, tũc mandatum reuo-
cari non poteſt, ut probatur ex iis, quæ uolunt com-
muniter Doctores in d. l. ſi uerò procuratori. in d.l.ſi
cum Cornelius.in d.l.aliud. & in d.l.ſingularia. & di-
cit Do.meus Soc.in d.l, qui uſumfructum in finalibus
uerbis, ꝙ licet ante, quàm campſor notificaret credi-
tori, uel antequàm creditor mandatum, ſeu promiſ-
ſionem acceptaret, poſſet mandatum reuocari. d. l. ſi
cum Cornelius.& d.l.aliud.in fi. tamen poſtquam cã
pſor, uel mercator mandatum creditori notificauit,
uel creditor acceptauerit illam promiſſionem, quæ
inter campſorem, & debitorem facta fuit, mãdatum
reuocari non poteſt, ueluti etiam fuit de mente Pau.
de Caſt.in l.ſi cum fundum.ff.de pactis. ex cuius uer-
bis clarè, & in terminis deciditur caſus noſter, inquit
enim ibi in ultimis uerbis quærens, quid ſi tibi debi-
tori meo mandaui, ut id, quod mihi debes, ſoluas Ti-
tio creditori meo, & tu mãdatum meum acceptaſti,
ut quia, ignorante, uel ſciente Titio, ſcripſiſti te eſſe
debitorem illius, uel aliter mandatum acceptaſti, pu-
ta notificando Titio creditori, an liceat tibi manda-
tum illud reuocare re integra, hoc eſt ante, quàm tu
te Titio obligares, & ante ſolutionem factam? dicit
ibi Paulus poſt Ioannem Andream in d. tit.de depo-
ſi.in fi.mandatũ illud reuocari non poſſe, & dicit hoc
eſſe notãdum, quia prima facie quilibet ꝯriũ diceret,

& idem uoluit Alex.in d.l.qui uſumfructum.in fina-
bus uerb.ſed in caſu occurrenti Carolus, cui D.Bona-
partes mandauerat, acceptauit mandatũ ſibi factum
de ſoluendo Gualengo, & promiſit D.Bonaparti man-
datum adimplere, ergo tale mandatum reuocari am-
plius non potuit. Pręterea Carolus ultra ꝙ acceptaue-
rit mandatum, & D.Bonaparti promiſerit, ẽt ex poſt-
facto promiſit ipſi Gualengo, ꝙ ei ſolueret, prout dı-
cto D.Bonaparti prius promiſerat, ueluti ex partita li-
12 bri Gualenghi apparet, ibi *Carlo ci promette, &c.* † quæ
uerba redacta in ſcriptura etiam priuata importãt pro-
miſſionem factam per ſtipulationem, [illegible]
ta no.in l.1.C.de contrah.& committ.ſtip. Paul.de
Caſt.in d.l.delegare.ff.de nouatio.uel ſi non importa-
rent ſtipulationem, ſaltem continerent ſimplicem con-
13 uentionem, & promiſsionem, † quæ in foro mercato-
rum, in quo nos ſumus haberet uim ſtipulationis ta-
liter, ꝙ per eam quoad forum mercatorum nouatio
fieri poſſet, ut traditur per Bart.in l.5.& in l.ſi fideiuſ-
ſor.§.quædam.ff.manda.Bal. in l.ſi per ea.C.eod.
& Soci.in d.l.qui uſumfructum.in 7.concluſione. er-
go ſumus in caſu, in quo mandatum nullo modo re-
uocari potuit, ut uolunt ſcriben.communiter in d.l.ſi
cum Cornelius.& in d.l.qui uſumfructum. ubi Soc.
pleniſsimè tractat poſt ſcriben.Bar.& alios in d.l.ſin-
gularia.& Pau.de Caſt.in d.l.ſi cum fundum.ff.de pa-
ctis poſt Ioan.And. in d.addit. ¶ Accedat etiam præ-
14 miſsis, ꝙ † ubicunque mercator, ſeu campſor, tanquã
debitor Titii debitoris mei iubente Titio mihi credi-
tori illius ſoluere promiſit, mercator ita efficitur de-
bitor meus irreuocabilis, ꝙ ſi uellem poſtea Titium
conuenire, non poſſem, quia eſſet extincta obligatio,
quæ erat inter me, & Titium, cum ſic delegatio, & o-
bligationis nouatio facta diceretur, ut uoluit Bal. in
l.2.C.de exequut. rei iudica.per text.in l.inter cauſas
§.abeſſe.ff.manda.& ſequitur Pau.de Caſtr.in d.l.qui
uſumfructum.dicẽs, Bar.in d.l.ſingularia.& in d.l.de-
legare.hoc uelle, & hanc opinionem indubitanter ſe-
quitur Iaſ.in d.l.ſingularia.col.15.ſub nu.38.& illã eẽ
communẽ eſſe atteſtatur Soci.in d.l. qui uſumfructũ.
in 1.concluſione. Et propterea ſequitur, ꝙ mandatũ
factum ab ipſo Titio mercatori poſtea reuocari non
potuit, quia non poſſet reuocatio fieri abſq; præiudi-
cio meo, cum obligatio, quæ erat inter me, & Titiũ,
diceretur per talem delegationem, & nouationẽ ex-
tincta. Et hæc optimè faciũt ad caſum noſtrum, quia
Carolus debitor Do. Bonapartis iuſſu illius promiſit
Gualengo in effectu creditori Do.Bonapartis, ut ex
ſcriptura ipſius Gualenghi conſtat, & promiſsio illa
facta fuit per ſtipulationem introductam ex uerbo p̃
mitto redacto in ſcriptura libri ipſius Gualenghi, uel
ſaltẽ per talia uerba, quæ uim ſtipulationis habent, &
apta ſunt inducere inter mercatores nouationẽ, & de-
legationẽ, ut ſupra dictũ fuit, & habet̃p Pau. de Caſt.
in d.l.delegare.& Iaſ.in d.l.ſingularia.in 11.colum.
4.&c.Ergo ſumus in caſu, in quo nullo modo iuſſus,
ſeu mandatum à D. Bonaparte factũ reuocari potuit
per prædicta. ¶ Nec his obſtat unũ, quod uoluit Paul.
de Caſt.in d.l.delegare.in uer.vnum tñ ſcias. & in d.l.
qui uſumfructum.ubi ſequitur Soc.in 4. cõcluſione.
15 & eſt de mente Moder.in d.l.ſingularia. ꝙ † ſi tu man
daſti mercatori debitori tuo, ut mihi tuo creditori
ſoluat, & mercator mihi nõ ſoluit, ſed ſimpl̃r p̃miſit,
nõ dr̃ facta delegatio, neq; nouatio, ſed durat prima
obligatio, adeo, ꝙ tu potes mãdatũ ante ſolutionẽ re-
uocare, ꝑpterea ꝗa illud nõ fuit eo modo adimpletũ,
quo factũ fuit, ut dicitur in d.l.ſi cum Cornelius. &
hoc etiam, ut dixi, ſeq̃tur Pau.de Caſtr. in d.l.ſingula-
ria, ut refert ibi Iaſ.in col.14.& ſequitur Alexã.in d.l.
qui uſumfructum.in fi. pen.col.per l.ſi debitorem.ff.
de

de nouatio. Sed do. Bonapartes mãdauit Carolo, ut
ſolueret Gualẽgo, & is Gualẽgo nõ ſoluit, ſed ꝑmiſit,
ergo mãdatũ ante ſolutionẽ promiſſam reuocari po
terit. quare reſponderi poteſt, ꝙ † dictum illud Paul. de
Caſt. mandatum in d.l. ſi cũ cornelius. debet intelligi,
& limitari ſecundum declarationem, & limitationẽ
in d.l. ſi cũ cornelius. in terminis noſtris, & ut dixi
& præſertim quãdo quis mãdauit debitori ſuo,
ut ſolueret Titio creditori ipſius mandantis, & debi-
tor mandantis mãdatum acceptauit, & poſtea Titius
promiſſionem de ſoluẽdo ſibi acceptauit, hoc
caſu mãdatũ reuocari nõ poſſet, nec haberet lo
cum d.l. ſi cũ cornelius. ut eſt de mẽte Alex. poſt Ioã.
in d.l. qui vſumfructum. in fin. uerb. & Pauli de
Caſt. in d.l. ſi cũ fundum. in fi. ac etiam in d.l. ſi cũ cor
nelius. Soci. in d.l. qui vſumfructũ. in vlti. cõcluſio-
ne. & in l. ſi filius. ff. ad Macedo. & in d. l. ſingu-
laria. Præterea ſecundum Bar. in d.l. ſingularia.
ac ſequitur Soci. in conſi. 64. col. 5. uerſi.
confirmatur iſta opinio. lib. 3. in caſu iſto promiſſio,
quã Carolus Gualẽgo fecit, quæ ex eius ſcriptura pro
loco ſolutionis, quam dominus Bonapar
tes à Carolo fieri mandauit, per l. inter cauſas. §. abeſ-
ſe. ff. mandati. ſequitur Bal. in l. pro debito. C. de bon.
auct. iud. poſſid. Item delegatio vim ſolutionis ha-
bet. §. interdum. ff. ad velleia. & l. ſi rem. §.
17 nouatio. Tertio † dictum Pauli de Caſt. proce
debitor meus mandaſſes debitori tuo,
ut mihi de præſenti ſolueret, quia poſtea non ſoluen-
do mihi, ſed promittendo infra certum tp̃s ſoluere,
poſſes mandatũ reuocare, ut inquit Paul. de Caſtr. ſe-
cus ſi tu mãdaſſes, ut mihi poſt longum tp̃s ſolueret,
hoc eſt infra annũ, & is mihi promiſiſſet ſoluere infra
illud idem tp̃s, tunc. n. nõ haberet locum id, quod uo
luit Paul. de Caſt. in d.l. delegare. & alij, de quibus ſu-
pra. Et ratio eſt, nam quando mandauit debitori ſuo,
ut infra annum creditori ſuo ſolueret, ſi infra illud tẽ
pus anni ſoluere promiſit, mandato ſatisfactum vr̃, &
in caſu promiſſio de ſoluendo infra annum par eſt
ſolutioni, quæ infra illum annũ fieri debebat. Et præ-
dicta ſunt ẽt de mente Bar. in d.l. ſingularia. & Ang. in
d.l. delegare. & ipſiuſmet Pauli in d.l. ſi cũ cornelius.
& in d.l. ſi cum fundum. in fi. uerb. qui loquitur in eo,
qui mandauit debitori, ut ſolueret: & ita procedant
dicta ſupra ad fauorem Gualẽghi, ſeu hæredum ſuo-
rum, & hoc ẽt eſt de mente Bar. in d.l. ſingularia. quẽ
refert, & ſequitur Iaſ. in col. 12. nu. 30. qui in termi
nis exemplificant, quando mãdatum eſſet factum, ꝙ
debitor ſolueret Titio, & poſtea ipſe non ſoluiſſet, ſed
promiſiſſet, quia tunc mandatum reuocari non poſ-
ſet, ſecus ſi non ſoluiſſet, nec promiſiſſet, per tex. in d.
l. ſi cum cornelius. ueluti habetur etiã per ipſum Iaſ.
in d.l. ſingularia. col. 13. nu. 33. & in uerſi. immediate
ſequenti. Rurſus illud dictum Pauli de Caſt. & ſequa
cium procederet, quando ex tali mandato, & promiſ
ſione poſtea facta nõ diceretur facta delegatio, neq;
nouatio, at quãdo facta eſſet, ſecus foret, ut quia de-
bitor meus debitori ſuo mandaſſet, ut mihi ſolueret,
& ille per ſtipulationem mihi promiſiſſet, prout in ca
ſu noſtro contigit, ueluti expreſsè ex prædictis infer-
tur, & ultra alios uoluit Ang. in d.l. delegare. quia hu-
iuſmodi promiſſio ſic facta eadem eſt cum ſolutione
d. l. ſi maius. §. interdum. ff. ad velleia. in uer. ſoluit. n.
18 & l. ad leg. falcid. & † dicit Bar. in d. l. ſingularia.
& ſequitur Iaſ. col. 13. uerſi. tu reſpõde melius. ſub nu
me. 31. ꝙ in contractu cõſiſtente in ſola obligatione,
qualis eſt in caſu noſtro, delegatio, & ſolutio à pari
procedunt, ergo non refert in caſu noſtro, an Caro-
lus ipſi Gualengo ſoluerit, an uerò promiſerit: & ita
expreſsè, ut dixi, uoluit Bart. in d.l. ſingularia. col. 5.
verſ. ueniamus ad ſecundam. ibi ſi verò quæris &c. &
melius ibi in 6. col. verſ. & ex hoc apparet intellectus,
& in fortioribus terminis hoc ſenſit Io. And. in d. ad-
dit. in tit. de depoſi. in fin. quem refert, & ſequitur, ac
declarat Paul. de Caſ. in d.l. ſi cum fundum. cum aliis
ſupra allegatis: & cum dicto, & exemplo Bart. in d.l.
ſingularia. pertranſit Angel. in d.l. delegare. in d.l. qui
uſumfructum. & in l. ſciendum. ff. de ædil. edic. Bal. in
l. fi. in quibuſdã lecturis. C. de nouatio. Salic. in d.l. ſin
gularia. & in d.l. ſi filius. ad Macedon. & Pau. de Caſt.
in d.l. ſi cũ cornelius. & in conſi. 48. ſecundum unam
impreſſionẽ incip. in cauſa, quæ vertitur: & ſic vr̃ ma-
gis cõis opinio eſſe cũ Bar. quicquid uoluerit Paul. de
Caſt. cũ eius ſequacib. in d.l. delegare. Nec obſtat tex.
in d.l. ſi debitorẽ, ſup quo Paul. & ſequaces ſe fundãt,
19 quia primo † põt intelligi, qñ ego tuus debitor expreſ
sè mãdaſſem debitori meo poſt obligationẽ inter te,
& me contractã, ſecus ſi eodẽ tpe, quo ego ſoluere ti-
bi promiſi, iuſſi debitori meo, ut tibi pro me ſolueret,
vt eſt tex. in d.l. aliud. & ſupra dixi, per ea, quæ uolunt
Bar. & alij in d.l. ſi cum cornelius. ibiq; Pau. de Caſt.
Secundo procedit ille tex. qñ ego, qui iuſſi debitori
meo, ut tibi ſolueret, non erã tuus debitor, nec ꝯrium
ibi p̃ſupponitur. Et ſic ibi ſumus in caſu, in quo nec
delegatio, nec nouatio fieri poterat, iuxta ea, quæ ha-
bentur cõiter per doct. in d.l. delegare. dũ ponunt ne-
ceſſaria ad faciẽdam delegationem. Vel & melius di-
20 ci poteſt, † illũ tex. loqui in cõtractu, q re ꝯ̃hitur, hoc
eſt in mutuo, in quo nõ ſufficit promiſſio, ſed actua-
lis numeratio, veluti eſt de mente Imol. & doct. in d.
l. ſi debitorem. ff. de nouatio. Secus quando ſumus in
ꝯ̃ctu conſiſtente in ſimplici obligatione, ut dixi ſupra
& eſt de mente Bar. in d.l. ſingularia. Et hoc modo po
teſt declarari, & ſaluari id, ꝙ uoluit Paul. de Caſt. in d.
l. delegare. & in d.l. ſi debitorem. & Alex. & alij ſupra
relati. ¶ Non obſtant ẽt præmiſſis ea, quæ primo loco
ad fauorem Caroli allegata fuerunt, & in primis, ꝙ
hæredes Gualẽghi ſine actione agunt, quia cum ipſo
Gualengo nullũ fuit inter Carolum, & Gualẽgum ꝯ̃-
ctum negotiũ, ſed Gualẽgus fuit ſolutioni adiectus,
ſeu uerba exequutiua obligationis in perſonã Gualẽ-
ghi cõcepta fuerunt. iuxta tex. cum ibi not. per gl. in
d.l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler. ff. de verb. oblig. & ibi
Bar. l. liber homo. in fi. ff. eod. & l. cũ res. C. de donat.
21 cum ſimilibus. Qui reſpondetur, ꝙ † cum ipſius do.
Bonapartis interfuerit dictos ſcutos quingẽtos ſolui
Gualẽgo ex cauſis, de quibus in inſtrumẽto, & in par-
titis librorũ, & do. Bonapartes à Carolo ſtipulatus fue
rit dictos ſcutos q̃ngẽtos ꝑ eũ ſolui debere Gualẽgo,
cõferendo uerba promiſſionis in perſonã do. Bona-
partis, & uerba exequutiua promiſſionis in perſonã
Gualẽghi, ſequitur, ꝙ talis promiſſio facta ꝑ Carolũ
ualuit. d. §. ſi ſtipuler. & q̃uis actio directa ex tali pro-
miſſione orta Gualẽgo q̃ri nõ potuerit, ſed ſolũ do.
Bonaparti ꝯ̃ Carolum d. §. ſtipuler. cũ gl. & ibi doc. tñ
actio utilis ex dic. promiſſione ipſi Gualẽgo illã pro-
miſſionem acceptãti acquiri potuit, ut in noſtris ter-
minis voluit Bar. in conſi. 71. incip. Gellius. & ratio eſ
ſe põt, quia eodem tẽpore, quo promiſſio, & obliga-
tio fuit facta do. Bonaparti, Gualẽgus fuit ſolutioni,
& exequutioni promiſſionis adiectus ꝑ ea, quæ ſupra
dixi, poſt Bar. Paul. & alios in d.l. ſi cũ cornelius. & eſt
bonus tex. in d.l. aliud. Vel aliter reſpondeas, vt ex præ
dictis colligitur, ꝙ & ſi ex illa promiſſione inter Ca-
rolum. & do. Bonapartem facta dici poſſet, nullã poſ
ſe competere actionem ipſi Gualengo, cui iuſſum
eſt ſolui, (quod negatur per prædicta) tñ actio ei com
petere potuit ex illo iuſſu, & mandato do. Bonapartis
facto dicto Carolo, & ab eo acceptato, ac etiam
ſimul ex promiſſione de ſoluendo, quam Carolus po
ſtea

ſtea ipſi Gualengo fecit, per quam facta fuit delega-
tio, ac ēt nouatio, quæ par eſt ſolutioni per plura ſu-
pra deducta, quæ non repeto. ¶ Non obſtat ſecundū
motiuum, ꝙ mandatum factum Carolo ante ſolutio
nem potuerit per do. Bonapartem reuocari, ut in d.
l. ſi cum cornelius. cum alijs, quia illud non militat in
caſu noſtro per plura ſuperius allegata, quæ limitant
d. l. ſi cum cornelius, cum ſimil. ¶ Nō obſtat tertium
fundamentum, ſuper quo maior uis fieri uidetur, ꝙ
partita libri Gualenghi refert ſe ad inſtrumentum fa-
ctum inter dominum Bonapartem, & Carolum, qđ
inſtrumentum non obligat Carolum ipſi Gualēgo,
ergo nec partita. argumēto auth. ſi quis in aliquo. C.
de edē. quia primo rn̄detur, ꝙ relatio, quæ fit in dictæ
partita ad inſtrumentum, non fit ad illa uerba, Caro-
lo de dare ſcudi 500. quali ci promette. & ſic ad uerba
obligatoria partitæ, ſed ad illa uerba proximiora ad
inſtantia di M. Bonaparte per conto &c. quæ uerba
referunt mandatum, & iuſſionem domini Bonapar-
tis, prout in dicto inſtrumento continetur. Et hoc cla
rè conſtat, quia ſi relatio facta eſſet ad uerba obligato
ria, & conſequenter uoluiſſet referre promiſſionē in
dicto inſtrumento factam, Gualengus non ſcripſiſſet
per hæc uerba præſentis tēporis ci promette, ſed per
uerba præteriti præteriti temporis ci ha promeſſo, cū
inſtrumentum per plures dies ante ſcripturam Gua-
lenghi celebratum eſſet. Pręterea ſi relatio ſic dicere-
tur facta ad inſtrumentum reſpectu promiſſionis, &
obligationis in eo factæ, falſa eſſet relatio, quia in in-
ſtrumento non reperitur, ꝙ Carolus aliquid promiſe
rit Gualengo, ſed domino Bonaparti, ergo relatio
non poteſt dici facta ad id, quod in dicto inſtrumēto
non continetur, ſed debet fieri ad id, quod in illo con
tinetur, & conſequenter ad inſtantiam, & mandatū,
ſeu iuſſum domini Bonapartis, de quibus in dicto in-
21 ſtrumento: Et ad propoſitum benè faciunt ea, † quæ
habentur per Bartolum, & alios in l. talis ſcriptura. in
fi. ff. de leg. 1. & per Abb. & alios in c. ſecundo requiris.
de appella. concludentes, quòd quamuis clauſula in
fine poſita regulariter ſit ad omnia præcedentia refe-
renda, tamen hoc fallit, quando abſurdum, uel con-
trarietas reſultaret, quia tunc eſt facienda relatio ſo-
lum ad illa, ad quæ fieri poteſt, & non ad ea, ex quibus
23 abſurdum, uel contrarietas reſultaret. Vltimo † illa
auth. ſi quis in aliquo limitatur, quando fieret relatio
per illum, qui de per ſe, & ſua auctoritate poteſt prin-
cipaliter de nouo diſponere, quia tunc non eſt neceſ-
ſe aliter conſtare de eo, quod relatum fuit. l. ſi dona-
tio, ibiq; Bal. in fin. C. de donat. & probatur ex ijs, quæ
uult gl. & ibi Bar. in 3. col. in l. admonēdi. ff. de iureiu.
& ita expreſsè limitat, & declarat Iaſ. in d. auth. ſi quis
in aliquo. in ult. col. Sed Gualēgus uti nummularius,
& mercator Bononienſis tempore uitæ ſuæ habebat
auctoritatem, & ptātē creādi debitores, & ſcribēdi ali
quem ſibi promiſiſſe iuxta formam ſtatutorum ciui-
litatis, igitur &c. ¶ Nō aduerſatur etiam ultimū fun-
damentum, ꝙ Carolus neget ſe fuiſſe præſentem eo
tempore, quo Gualengus ſcripſit illum debitorem, &
ꝙ Gualēgus illum ſine ſua commiſſione debitorem
creauerit, quia ex prædictis reſpōſio colligitur, uideli-
24 cet, † ꝙ cum Gualengus haberet auctoritatē ſcriben-
di, & creandi ſibi debitores, in dubio ſtandum eſt ſuæ
ſcripturæ, & pro illa in dubio pręſumitur, niſi contra-
rium legitimè probaretur, ut ſupra dictum fuit, & l.
optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipulat. §.
item uerborum. Inſtit. de inutil. ſtipul. & l. cum preci-
bus. C. de probat. cum ibi not.

SVMMAE.

1 *Nuntius, & nudus miniſter non obligātur ex contractu, ſed domi-
nū, pro quo contraxerunt, & promiſerunt, obligaſſe dicuntur.*

Et quid ad hoc requiratur. nu. 6.
2 *Inſtitor contrahens tanquam inſtitor non obligatur ex illo con-
tractu, quāuis uerba cōtractus executiua in ſua perſona cōcep*
Et an hoc ſit uerum. nu. 4.
3 *Nuncius nomine domini contrahendo, & promittendo*
uerba contractus, & promiſſionis concipiat.
5 *Ex contractu cum agente rem alicuius, & illius nomine*
mittente facto quis teneatur, an dominus, an uerbis
fuit contractum.
6 *In nuntio mandatum domini requiritur, ut dicatur nuntius.*
7 *Promittens nomine Titij ſoluere, ſi non conſtet de mandato*
Titium facto, non tanquam nuntius, nec tanquam
ſed tanquam ex promiſſor, & interceſſor
8 *Promittens Titio quoad effectum abſque dubio*
miſſor, & interceſſor, ſeu fideiuſſor, quoad uerba
cipalis dicitur obligatus.

EPITOME.

Ex contractu, ſiue chirographo, in quo qui
mine Titii ſoluere promiſit, & uerba promiſ
& obligationis exequutiua in pſona ſua, & non
concepit, ipſe, qui contraxit, & chirographum
obligatur, non autem Titius, ſi de mandato ei per
tium factum non conſtet.

CONSILIVM CXCIX.

VISIS quibuſdam chirographis ſcriptis, &
ſubſcriptis manu Laurentij Gabrielis,
prima facie dicēdū, ipſum Laurentiū non
teneri, nec obligatum eſſe ad ſoluendū
titatē pecuniarū in dictis chirographis contentā,
ipſe dr̄ contraxiſſe, & pmiſiſſe ut nuntius, nuduſq;
niſter dn̄i Iacobi Viuiani, ut ex ipſis chirographis
paret, ergo non debet teneri, nec cenſeri obligatus,
1 qm̄ † nuntius, & nudus miniſter ex contractu nō obli
gatur, ſed dn̄m, pro quo contraxerunt, & promiſerūt,
obligaſſe dn̄r. l. ſi ex contractu. & ibi Bald. C. quod cū
eo. & idē Bal. poſt gl. in l. ei, qui ſeruo. quaſi circa fi.
eo. tit. dicit, ꝙ nuntius ſeruans formam mandati nun
quam obligatur, ſed dominus, qui per illum dicitur
contrahere, & faciunt ēt ea, quæ uoluit Bal. ibiq; Pau.
de Caſt. in l. multum. C. ſi quis alte. uel ſibi. gl. in l.
pupilli. §. 1. ff. de neg. geſt. & Alex. in l. qui antē. §. con
ſtituere. ff. de conſtit. pec. Secundo adduco l. fi. ff. de
2 inſtito. † ubi contrahens ſub nomine officij, puta tan
quam inſtitor, uel ut præpoſitus alicui exercitio non
obligatur ex illo contractu, quāuis uerba contractus,
ſeu illius uerba exequutiua in perſona ſua cōceperit.
¶ Sed his non obſtantibus, contrariam ſn̄iam
mo ueriorē eſſe, præſupponendo, ꝙ hic Laurentius
contraxit, & hæc chirographa fecit, non dr̄ ut nun
3 cōtraxiſſe, neq; ſcripſiſſe, qm̄ † ipſe uerba contra
& promiſſionis in perſona domini non conce
facit nūcius, qui dicitur tanquā pica, & organum
not. per gl. Bal. & doct. omnes in d. l. multum.
cepit uerba in perſona ſua, noīe tamen dicti
bi promittendo: Quo fit, ut potius dicatur
rator, ſi cum mandato cōtraxit, & promiſit, uel nego
tiorū geſtor, ſi ſine mādato, iuxta not. per gl. & doct.
in d. l. ſi pupilli. §. 1. & in l. cōis. cum ibi not. ff. de
poſ. uel ſaltem dicetur, ut inſtitor cōtraxiſſe, & ſe obli
gaſſe, quo caſu dicitur etiam dominum, qui illum
gotijs gerendis præpoſuit, obligaſſe. l. 1. in fi. cum
& ſeq. uſq; ad §. non tamen omne. ff. de inſtit. & La
rentium teneri, & ad dictam pecuniarū quantitatem
ſoluendū obligatū eſſe probatur in primis ex ijs,
4 not. uoluit Bar. in d. l. fi. ff. de inſtito. ubi quærit, †
do aliquis tanquā inſtitor alicuius contrahit, an
ex illo contractu teneatur, & obligetur, & ipſum